Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. XXXIII.

urn:nbn:de:bsz:31-267058

Visual Library

Cap. XXXIII.

De Hermaño IX. Friderici II. filio, et de Friderico III. ac Rudolpho Wecker, Rudolphi IV. filiis, Marchionibus Badensibus

Hermannus IX. Marchio de Baden, Dñus veteris Ebersteinij, patris Friderici II. ac patrui vestigiis insistens Ludovico Bavaro Imp. in bellis strenuam navavit operam, unde Cæsareum diploma obtinuit, cujus hoc initium:

Wür Ludwig von Gottes gnaden Röm. König, veriehen offentlich an disem Brieff, daß Wür dem Edlen Mann Herrmann Marggraffen zu Baden, Unserem lieben getreüen und dz Dienst, den er Unß thun soll und mag, geben haben, Zwey tausend pfund und hundert pfund haller, und verschaffen wird ihm auf dem Zoll zu Mauß-statt auf dem Rhein, den er von dem Reich inne gehabt hat, also, daß er einen schilling haller von ein fuder wein einnehmen soll, alß lang biß er die Zwey tausend pfund und hundert pfund haller von erhebt hat p. geben zu Stuttgarden an dem Samstag vor Galli, p. 1333. Simile diploma accepit idem Hermannus a Carolo IV. Imp. año 1350.

Interrupta est amicitia cum Cæsare Ludovico

paucis poſt annis, quando Monaſterium Albæ Dominorum infeſtare cœpit Hermannus, ac damnis gravibus afficere, ita ut Cæsar a Monachis interpellatus an. 1338. Ulricum comitem Wurtenbergicũ arma in Hermannum ſumere, año vero ſequente Civitates etiam Imperiales Sueviæ auxilia Wurtenbergio ſubmittere juſſerit ad Marchionem compeſcendum, qui nihilominus in octavum uſque annum bellum protraxit, donec tandem interventu Principum Francofurti pax ſtabilita eſt, qua de re extat ſequens diploma.

Wir Ludwig von Gottes gnaden Röm. Kayser, bekennen offentlich mit disem Brief, das sich der Edle Mann Marggraff Herman von Baden, Unser Lieber getreuer, von der Vogtey und deß Schirms wegen deß Gotteshaus zu Albe, deß Er sich angenommen, und unterwunden hat, lieblich und freundlich mit uns bericht, und vereinet hat, und geben Ihme und alle Ungnaden Sache, die er wider Unß, das Reich und dasselb Gotteshauß gethan hat, unser und deß Reichs Huld und gnad mit Urkund dises Briefs, der geben ist zu Franckfurt an S. Mattheis abent nach Xti geburt dreyzehenhundert Jahr darnach in dem Sechs und Vierzigsten Jahr. p.

 Advocatiam Monasterij Albensis, pro qua bellū hoc susceptum fuerat, haud multo post a Carolo IV. Imp. Hermañus Marchio obtinuit, año nimirum 1350. Quo tempore etiam castrum Iberg, nec non oppidum ac Burgum Wenisberg, feudum et privilegia non pauca ab eodem Imperatore accepit.

Lubet hic exhibere Sigillum hujus Marchionis, una cum Sigillis patruelium ejus Friderici III. ac Rudolphi Weckeri, quæ simul appensa cuidam Infeudationis instrumento reperi:

De Hermanno Marchione in Lucida Valle sepulto, Necrologium ejus Cœnobii hæc habet: an. D. MCCCLIII ob. D. Hermannus Marchio de Baden, qui legavit DCC. libras Hall. in der Kirchen bey dem Weihstein, der an dem Thür.

Uxor Methilda comitissa de Vahingen filios ei genuit Fridericum IV. et Rudolphum VI. qui ante patrem mortui: itaque patruelem heredem habuit Rudolphum Wecker.

Fridericus III. cognomento pacificus, Rudolphi IV. filius, dictus senior respectu Friderici ex Hermaño IX geniti, de quo modo diximus, quinquenio patri superstes

ſtes fuit. Pforzenam et, quæ illuc pertinent, una cum fratre Rudolpho rexit, nam ambobus an. 1348. homagium præſtitum comperio.

Primis nuptiis Margaretham Comitiſsam Pfirtenſem ſibi deſpondit, cujus fit mentio in litteris, quibus Jus Patronatus Ecclesiæ in Haveneberſtein Cœnobio Lucidæ vallis tranſcribunt Fridericus et Rudolphus frater, an. 1348. qua orbatus aliam duxit Urſulam, Ulrici Ducis Teccenſis filiam, quæ ei Rudolphum genuit, et Margaretham Schaffrido Comiti Leiningenſi nuptam. Annus et dies, quo ex hac vita migravit Fridericus in Lucidæ Vallis Necrologio conſignatus habetur: Ano MCCCLIII. 4. Non. Sept. ob: Illuſtris Marchio Fridericus in Capella ante Altare S. Andreæ.

Rudolphus V. cogn. Wecker, Marchio de Baden, cum fratre primum Pforzenam, cæteraq; inferioris Marchiæ pari poteſtate rexit. Poſt mortem illius ſolus rerum potitus defuncto etiam Hermaño IX. agnato Superioris Marchiæ regimen ſucceſsit. Extant Caroli IV. Imp. litteræ, quibus huic ob ſervitia ſibi et Imperio præſtita et præſtanda aſsignat mille marcas argenti ponderis Argentinenſis de reditibus Imperialibus. Data Spiræ 1349.

Idem Imperator feuda omnia ab Anteceſsoribus

collata in Marchiones et oppignorationes terrarum et oppidorum illis factas confirmavit huic Marchioni: præterea ipsum et cives Badenses absolvit ab omnibus debitis, quæ debebant Judæis tum Argentinensibus, tum aliis quibuscunque, obligationes et chirographa cassa penitus et irrita reddens.

An. 1350. Bertholdus Epūs Argentin. ejus nominis II. /: uti Albertus Chronographus adnotavit :/ de consensu Regis oppida Offenburg, Gengenbach, Zelle cum attinentiis redemit a Marchionibus de Baden, obligans pro illis telonium argentinense. Wimphelingius Sumam, qua redemita sunt, fuisse dicit 40. millium florenorum.

An. 1353. Carolus IV. Cæsar /: ut scribit idem Albertus argent. :/ venit Hagenoviam; facta est autē Liga pacis ibidem ad triennium, in qua XV. Judices sunt statuti &c. Recessit autem Weckezius Marchio de Baden, nolens esse in Liga: cujus frater Fridericus, et Hermañus patruus in brevi sunt antè defuncti.

Rudolphus hic Marchio Gotsaugiense monasteriū ob male administratam rem familiarem ad incitas redactum, boni Advocati officio functus in meliorem statum erexit. Lepide satis eam ege-

statem

ſtatem deſcribit quidam e Cœnobitis in hæc verba:

XII. Nov. ob. Dñus Bertholdus IV. abbas noſtri Cœnobii in Gozone viceſimus primus: Sub regimine illius abbatis, ſcil. an. Salutis 1354. tanta paupertas hujus monaſterij, quæ incredibilis eſse videtur, videl. debebat 24. libras Hall. minus 20. libr. et habebat nec vinum, nec frumentum, nutriebat tantū X. boves, 8. Sues, tres equos, duas oves, tria lecta ſine operimento, ſex ollas, ſex patellas in caldaria.

Rudolphus itaq; Marchio Badenſis videns tantam deſolationem comiſit regimen temporale cuidam fratri Joanni Abſchlag de Durlach, qui et ei ſucceſsit, obiit namq; Bertholdus circa annum Xti Nativit. 1359. et infra dictus Joannes Abſchlag de Durlach XXII. hujus loci abbas monaſterium depauperatum in bonum ſtatum reſtituit. ob. an. 1385.

De Rudolpho quando fatis conceſserit a Lucidæ Vallis Monialibus ſic adnotatum invenio: Anno Domini MCCCLXI. V. Cal. Sept. ob. Marchio Rudolphy Wecker ante altare S. Catharinæ.

Uxorem habuit Adelheiden filiam Vlrici Comit. Helfenſteinij et Wiliburgæ com. Dillingenſis. Liberos ex ea nullos, ſed hæredem ex fratre nepotē Rudolphum ejus nominis VII. qui ſolus ex Marchionibus Badenſibus tunc ſupererat.